

308

et suauiter afficere ut iam toto animo a meipso alienari incipio et nescio quo abstracti. subito enim michi bene esse incipit ultra quam dice re sufficiat. exultat. obliuiscor omnium preteritorum dolorum misera. exultat animus. clarescit intellectus. cor illuminatur. desideria iocundant. Jamque nescio ubi me esse video. et amplexibus amoris intus teneo et nescio quid illud sit et tamen illud semper retinere et nunquam perdere toto animo laboro. nunquam quod est illud dilectum meum? Hugo respondit. vere ille est dilectus tuus qui visitauit te. venit et tangit te non ut videatur a te. venit non ut desiderium tuum impleat. sed ut gustandum se prebeat et affectum post se attahat. Tale contemplationem sepe se dicebat beatus petrus et paulus. similiter sublimis fuit in dei contemplatione. quod patet ex hoc quod tunc sepe nomen domini nostri ihesu christi proferebat quod cordi eius semper inerat. Nam ex abundantia cordis os loquitur. Legit enim in epistolis suis hoc nomen ihesu christus quingentis uocabo noialse Criso. Sic mos amantium est ut amatores suos silentio tegere nequeant. sed necessariis suis et caris offerunt et flamas suas iuxta pedem suum cohibere non possunt. Sic beatus paulus nomen christi quod semper in corde portabat continue silentio non potuit sed crebro efferebat. Et cum caput a corpore esset

hoc benedictum nomen ihesu christi quod tam crebro in uita sua nominauerat tribus uicibus proferebat. Sic patet quomodo iste coline sublimis fuerunt per contemplationem diuinam. fuerunt etiam sublimes ex eo quod beatus petrus transfigurationi inter fuit et quandam lucem diuine claritatis uisitauit et intantum delectatus fuit quod semper ibi manere desiderabat. Sic. Dicitur bonum est nos hic esse si uis faciamus. hic tria tabernacula. tibi unum moysi unum et helie unum. Et paulus etiam sublimis fuit quod raptus fuit in tertium celum ubi uidit archana dei que non licent homini loqui. In qua uisione intantum delectatus fuit quod ignorabat utrum in spiritu uel in corpore factum fuerat. unde ait. Siue in corpore siue extra corpus nescio deus scit. Tercio iste coline fuerit gradus per paupertatem. unde ait petrus ad ihesum. Ecce reliquimus omnia et secuti sumus te. quid ergo erit nobis? Respondit ihesus. Amen amen dico uobis quod uos qui reliquistis omnia et secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis. Isti ergo omnia que habuerunt reliquerunt et dominum in paupertate secuti sunt. unde paulus ait. Oia arbitratu suo ut stercoam ut christum lucrifaciam. Beatus petrus legit habuisse uxorem quam reliquit propter christum. Que cum ad passionem duceret clamauit. O domine memine domini dei tui. Adeo pauper fuit quod tantum unam tunicam cum uno pallio habuit